TRIGONOMETRIE CRV



Zsadnego in bor A B C
3 4 1

116

Poßli czterey na ofiare, da
wam co. Drugi połowice
dway, czwarty takci trzey.
od ołtarza naluzył złoty, to
polskich. Wiele było.

Cim 1318–

Tertia	160.
Quartū	162.

Axiom. Sphæricum.

Primū	170.
Secundū	175.
Tertiū	179.
Quartū	181.

Matem

Zadney in hoc A B C
3 4 1

(16)

Poszli czterey na ofiare, d...
wiem co. Drugi połowice ...
dway, czwarty tak[i] trzey ...
od oltarza naliczył złoty, to ...
polskich. Wiele było.

A. 1 N.	5	
B. ½ N.	2 ½	
C. 1½ N.	7 ½	
D. 3 N.	15	

6 N = 30.

Soryg[?] et ... qui ...

Axiomata	Planorum	NB
Primum folio	155.	
Secundum	158.	
Tertium	160.	
Quartum	162.	

Axiom.	Sphaericorum.
Primum	170.
Secundum	175.
Tertium	179.
Quartum	181.

Matem...

Cim 1318–1322

Niniejszy klocek (niegdyś własność autora, Jana Brożka), był już raz przeoprawiony w w. XIX, kiedy usunięto z niego dwie pierwsze pozycje [Piotra Krügera Synopsis trigonometriae, Dantisci 1612, i tegoż Logistica sexagenaria, Dantisci 1616 (obecnie pod sygn. 56336-56337. I)]. Po raz drugi przeoprawił go i wyrestaurował introligator Jan Wyżga w r. 1937. Przy tej sposobności odjęto z końca tego klocka list J. H. Nothafta (zob. J. N. Franke, J. Brożek, str. 90) i przeniesiono go do rękopisu 1141.

A. B.

STVDIOSÆ Iuuentuti in Academia Cracouiensi.

IOANNES BROSCIVS Doctor Medicinæ, Ordinarius Astrologus. S. P.

CVm euoluo exemplar Diophanti, quod Clarissimo Raynerio Fuscareno Patritio Veneto, postulante mihi concessit iuris consultissimus Professor in studio Patauino Dominus Alexander Syngliticus, chartulam separatam reperio, in qua hæc quæstio descripta fuit absq; vlla solutione. De authore quæstionis non constat; exemplar ipsum Diophanti præfert inscriptionem Maximi Planudis græci monachi. A non malo Analysta propositam esse, certum est. Soluitur multis modis. Iam enim plurimas inueni solutiones, vt vel hinc perspiciatur Tactices antiquorũ vbertas. Genus est soluendi non illud vagũ, assumpto intra certos limites quouis Numeri valore, sed longè diuersum via demõstrandi apodictica, hoc est certa & incõcussâ procedens.

Vobis

Vobis autem propono, vt industria vestra isto exercitij genere excolatur, & per Analyticen hoc est methodo Inuenire *adsuescat. Hermannus quidam Witekindus ait Algebram ociosæ subtilitatis esse. Hoc quidem cæci de coloribus iudicium est. Exploret hic suum ingenium, ac tentet, an vulgares numerandi regulæ, ne aurea quidem excepta, sufficiant ad nodos istos dissoluendum. Ego vero puto nil esse ociosum, nil inutile, quod admiranda veterum industria iuxta methodi leges inuenit. Multa sunt quorum vsus latet: multa, quorum nunc tandem repertus. Adeo verum est sæcula proficere. Neq; mihi quisquam heterogeniam vllam obijciat, quod Medicus hæc Arithmetica vobis proponam. Hippocrates diuinus Thesalum filium ad hæc studia excitabat. Et rerum naturæ analysis multum videtur habere affinitatis, cum isto studij genere. Qui enim illā à veteribus acceptam, supra cæteros ad perfectionem produxit, Arabicoque demum charactere Alchymiam vocauit, eum puto fuisse bonum Analystam, vel vt nunc vocant Algebraistam. Vt enim hic duas vel plures quantitates ad æquationem reducentes, varijs modis eas depuramus, addendo, subtrahendo, eleuando, vel deprimendo per parabolismū & hypobibasmum: ita ibi simile quiddam est, dum coctiones, filtrationes, depuratio-*

puratio-

purationes, exaltationes, & alia infinita instituuntur. Ac nomen ipsum artis vtriusque hanc meam confirmat coniecturam. Algebra appellationem sortita videtur, à Gebero qui præstantissimus Mathematicus & Chymicus fuit. Quid si & Medicus? Certe operatio quædam chirurgica, restauratio videlicet dislocationis & fracturæ ossium Algebra dicitur, ab eodem vt puto authore. De qua videatur Lanfrancus in sua Chirurgia maiori & minori. Quod Geberus à doctissimo Snellio misarithmus vocetur, vel ad alium aliquem Geberum, vel non ad ignorãtiam numerorum, sed ad tædium laboris debet referri, propter canonẽ Mathematicum illo tempore nondum excultum, nec ad ea quæ habentur calculi compendia deductum. Solas enim semisses subtensarum veteres habebant: vt manifestum est è Ptolemæo, & ijs quæ Geberus super Almagestum reliquit. At iam quæstionem accipite. Quanto plures aliquis vestrum solutiones attulerit, tanto maiorem ingenij laudem consequetur.

Alexan-

ALexander Magnus in duodecim Duces distribuerat exercitum 30234 militum: Primus secundi duplum habuit. Tertius quarti triplum. Quintus sexti quadruplum. Septimus octaui quintuplum. Nonus decimi sextuplum. Vndecimus duodecimi septuplum. Omnes autem simul sumpti faciunt supra scriptam summam. Quæritur quantum quilibet habuit?

TEntarunt multi solutionem: sed genere soluendi vago. Arithmetico licet addere, subtrahere, eleuare, deprimere, sed non tentando. Hoc enim eßet casu & contingenter, vt dicunt Philosophi. Ac cur ego tentando huic subtraham, illi addam, si mox vno demonstrationis Logisticæ ductu tot integros numeros in data ratione datam summã constituẽtes exhibere licet? Qua id fiat ratione, ingeniosæ iuuentuti inquirendum proponitur. Præmium inuentor feret, non puerile, sed Philosophicum.